



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1781**

**VD18 13322648**

§. 38. Pontificis querelæ contra Cæsarem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67633)

Sæc. XVII. approbatum Romam transmisit, illud.  
 A. C. 1708 que Comes Caunitius Pontifici & Cardinalium Collegio tradidit: Alio autem decreto Imperator omnibus tam Germanis quam Italis subditis interminata capit is poena, & bonorum proscriptione, ne Pontificis scriptum admitterent, interdixit, collectasque milites, quas antea Papa Gallis licet exteris, praeter hyberna haud difficulter permisit, persolvi jussit & sub iisdem pennis Parmensi Ducis injunxit, ut intra quindecim dies homagium Cæsari praestaret.

## §. XXXVIII.

*Pontificis querelæ contra Cæsarem*

*Epiſt. Clem.* Quamvis Josephi Imperatoris editum,  
*XI.* p. 471. quo se non modo utrumque dicatum, sed Imperijura in totam Italianam,  
*Hift. du* omnesque ditiones ab ejus Prædecessoribus sine Imperii consensu donata  
*Princ. d' O-* vindicaturum declarabat, Venetiis,  
*rang.* p. 2. *Ott.* p. 289. Genuensibus, Etruscis, Mutinensibus  
*fol. 135.* *Nov.* p. 352. & Sabaudis justi timoris argumentum  
*La Clef.* *Lettr. Hift.* Sept. p. 289. esse potuisset, solus tamen Pontifex  
*Ott.* p. 426. trepidare cæperat, ac extrema quæque, ut vim repelleret, adhibuit: primis igitur die secunda Julii ad Cæfarem literas dedit, quibus vehementer questus, quod Cæsaris copiæ post gr<sup>viii</sup> viii

vissima damna ditioni Pontificiæ illata Sæc. XVII.  
de repente, nulla facta belli denuntia- A. C. 1708.  
tione, hostiliter egerint, & loca quæ-  
dam jurisdictionis Pontificiæ occupa-  
rint, ibidemque constituto præsidio,  
explicatisque signis tanquam in terris  
justo bello partis insederint, majora  
tentaturi, ubi novæ militum suppetiæ  
sint affuturæ: *Vides Cæsar*, prosequen-  
batur Pontifex, *hæc contra omnem æqui-  
tatem, ac rationem contra debitam Nobis,*  
*& Apostolicæ sedi reverentiam, contra jura*  
*ac rationes Ecclesiæ, per abusum tui No-  
muni admissa divinis, humanisque legibus*  
*repugnare, rediisque opponi titulo Defenso-  
ris Ecclesiæ, quo maxime gloriati sunt Imperatores, inclyti Majores tui. Non igno-  
ras, quam graviter & districte S. Canones,*  
*& Apostolicæ Constitutiones decernant ad-  
versus eos, qui vim rebus, & juribus Ec-  
clesiæ inferunt. Expende igitur, quo usque*  
*Te abripuerint (si modo id Te jubente ac*  
*conscio admissum est, quod nefas esse vide-  
tur de tuo animo existimare) prava & ini-  
qua eorum consilia, qui Te ad provocandam*  
*tam graviter ac manifeste Dei iram impu-  
lerunt, & pedem nulla mora inde refer,*  
*unde certa animæ tue pernicies, nedum*  
*perpetua tuo Nomi labes, consecuturæ est.*  
*Interim vero de Nobis sic existimat: Nos*  
*de Divina ope, quam humiliter & enixe*  
*implorare non cessabimus, confisos ea animi*  
firmi-

Sæc. XVII. firmitate hanc cauſſam. eaque omnia, qua  
A. C. 1708. tutelæ Noſtræ commiſſa ſunt, complexuorū  
eſſe, ut nemo unquam Nobis jure ſuccenſer  
poſſit, Noſ muneriſ noſtri partibus deſuſſe,  
aut mediis ſive ſpiritualib⁹, ſive tempora-  
lib⁹ peperciffe, etiamſi cujuſcunq⁹ rī ja-  
cūra, & vitæ noſtræ diſpendio ſaciendū  
ſit; non enim animam noſtrām preſioſorem  
ſacim⁹, quam Noſ dummodo conſumerem⁹  
curſum noſtrū, conmiſſumque Nobis ca-  
litus Miſterium uſque ad mortem ſalutis  
impleam⁹; memores ſiquidem ſum⁹, que  
admodum Te etiam eſſe oportet, omnes ho-  
mines, quacunque demum dignitate pra-  
ſtantes, conſtituendos eſſe aliquando au-  
tremendum illud tribuſal, coram quo tu⁹,  
qui fecerint opus ſu⁹n negligenter, toro  
qui tradita ſibi poſteſtate abuſi fuerint, pili  
Judicis iram non evadent: declinantes  
enim in obligationes adducet Dominiſ  
cum operantibus iniquitatem. Haec  
coſtitutio Noſ, Deo juvante, impigroſ ſi  
obeundo muſere noſtro efficiet. Coſtitu-  
& ſibi Maſteſtas tua: Noli Chariſſime Pa-  
noſter (nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti,  
cujuſ vices indigni gerimus, poſtremo Ti-  
alloquimur) noli primitias florentis etati-  
tuſe totius Chriſtiani populi ſcandalo mo-  
culare, & ab Eccleſia, quæ Chriſti Spouſa  
eſt, Apoſtolorumque ejus iuſuria, Imperii  
tui primordia auſpicari. Quod quidem,  
ut plane intelligas, & meliora, Deo fa-  
vente,

vente, sapis, Majestati tue Apostolicam Sæc. XVII.  
benedictionem amantissime impertimus. A. C. 1708.

Eiusdem tenoris literas Pontifex eadem die dedit ad Amaliam Imperatricem, Eleonoram Viduam, Lambergium & Saxo-Citensem Cardinales, Lotharium Moguntinum, Guilielmum Palatinum Electores, Carolum Lotharingium Osnabrugensem Episcopum, ceterosque S. R. J. Electores & Germaniae Episcopos, necnon ad Biscoffium Jesuitam Cæsaris Confessarium, quos rogabat, ut tantum efficiant, quatenus Cæsar, quo non plane conscio hæc contigisse credit, suos ab hujusmodi dannis retrahat.

### §. XXXIX.

#### Pontificis apparatus bellicus.

**A**ttamen Pontifex hisce suis literis *Guarnas.* adeo nihil profecit, ut milites, eo-vit. Clem. rumque Præfecti, a Papa Carolo Regium titulum adhuc denegari indignati solita militari licentia incolis Ferrariensis plurima damna inferrent, imo etiam Alexander Bonnevallus acri Structor, cuius jam tum adeo execrandum nomen erat, ut si quem impium, ac Religionis contemptorem notare vellent, Bonnevallianæ Religionis hominem militari joco appellarent, eo pro-